



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cornelii Jansenii Iprensis Episcopi Augustinus Europaeus  
Perperam Dictus**

**Wavre, Philippus van**

**Antverpiae, 1709**

Epilogus Paræneticus ad Avitum [et]c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39351**

638 EXCURSUS CONTRA

fessa est. Et quis de æquitate addubitet, cum teste Avitò, nihil sit Jansenio in Jansenio clarior? hinc enim facile invenire potuit, quod abjiceret, sensumque Jansenij erroneum esse quem ipsa damnaret. Legit, discussit, libravit Librum Cornelii Jansenii, cui titulus *Augustinus*, suumque ex scriptis judicium constituit. Igitur causa finita est, finiatur error, succedat audientiæ malè petitæ & inverecundæ, pœnitentia verecunda.

EPILOGUS PARÆNETICUS

*Ad Avitum Academicum, Paulum  
Aurelium, Vincentium Paleologum  
Jansenianorum Goliathum.*

*Considera pactum, conditionem attende:  
militiam nosce: conditionem, quā accessisti,  
pactum quod spondisti. S. Jo. Chrysost.*  
*Serm. de Martyribus.*

*V*ir ille spurius de Castris Philistinorum nomine Goliath, qui exprobravit agminibus Israël, qui ad singulare certamen Davidem provocavit, non minori Spiritus tumore inflatus, quam carnis mole elatus, Diaboli, qui superbis principatur, typum gessit. Et quod David prostravit Goliam, Christus est qui occidit Diabolum. Quid est autem Christus Diabolum occidit? humilitas occidit superbiam. Non definit tamen habere ille Goliathus sequaces, qui Agminibus Israel, qui Principibus Ecclesiæ exprobrant, qui ad Monomachiam quemlibet provocent. Prava enim Doctrina, ut ait Chrysostomus, nihil aliud est, quam in anis gloria filia: sive quam plantavit ratio, intempestiva scrutatio, rigavit stolida superbia, ambitiosa cupiditas auxit. Unde & de Gnosti-

S. Aug.  
tonc. 1. in  
psal. 33.

S. Chrysost.  
hom. 65.

Gnosticis Africanus olim Cato : Omnes tument. *Tertull. de  
Hujusmodi Goliathum se exhibuit liberi arbitrii  
inflator, inflatusque Pelagianorum Corypheus.* *Præscript.  
cap. 41.*

Sicut namque turgida illa Gigantæa moles omnem in se certaminis aleam suscepit ; quemlibet de populo Israël impavidè provocans, ac protervè irritans, non veri Numinis ope freta, sed corporis lacertis confusa & in hastâ ac gladiô victoriam reponens; ità Julianus præfidentis viribus ingenii fretus doctrinam Ecclesiæ ut vulgarem spernens, Agmina Defensorum eludens ut Manichæorum castra, unum se egressum de Castris *L. 3. cont.*  
*Pelagianorum se jactabat, qui in se summam prælii  
sitam optaret intelligi, ut si vixit fuisset unus  
ille, nîl ulterius auderent alii.* Cujus lepidam, & lautam gratulationem eludit Augustinus, cuius superbam præsumptionem deprimit non erubefcentis dicere, majoris sibi esse apud Deum gloriae destitutam veritatem tuéri. Nimirū illius Spurii æmulus esse cupiebat, quem sacri Fasti ita rese- *Iul. c. 1.*  
*L. 2. c. 10.*  
*Reg. 17 v. 9.*  
*& percusserit me, erimus vobis servi.*

Hunc Pelagianorum Goliathum, Avite, Paule, & Vincenti. æmulō passu pro Jansenio Jansenianisque Castris ( si tamen Paucitas vestra habet Castra ) depugnaturus infecutus es. Primum quidem exprobrasti Agminibus Israël, Ecclesiam Dei viventis in Principiis suis opprobriis conspuisti clamitans Christi Ecclesiam, quam in Jan- *Avinus Aca.*  
*senianâ Parte constituis, pressuras pati à Principi- Parænesis  
bus Sacerdotum, & Magistratibus populi. Et ex- pag. 20.*  
*trema propter pressuras persecutionesque adlabi Fol. 4.*  
*tempora ejulasti. Mactarum per Jansenij latus  
Magnum Aurelium, contritam veritatem. Adhæc  
præsciptum ab Alexandro VII. Formularium  
funestum, perjurijs confirmatum tot, criminibus hor-  
ridum ac luctuosissimum esse debuccinasti, inflatus  
tumore quo plenus es.* *Sed*

640 EXCURSUS CONTRA

Sed & exprobrantis voces audivimus, & supra retulimus, Eremitarum Neminem, nequè sapientissimorum Academicorum unum Jansenianam, quam vocant, hæresim à tutissimis illis, & tantà sacerdorum laude receptis, ac per universam Christi Ecclesiam celebratis dogmatibus vel ad latum unguem segregare ac despescere potuisse. Atquè ut ignava pectora conculcasti, quæ roties provocata dolorem suum silentiò ulcisci debent.

*Paulus Aur.* Eòdem Spiritu tandem ad Monomachiam accinctus Clasicum insonuisti mi Paule Aureli,  
*Prolog. Gal.* Provoco ego minimus Defensorum Jansenij, societatem, quanta est, Universam, atquè omnes quotquot sunt uspiam Molinianos, ut ostendant Augustinum non jam dico in quinque propositionibus, sed in una sola ab Hipponeensi Augustino vel terminis, vel significacione dissidere, tamquam eadem victoriâ prostratis, adorem illis porrigam & manus dabo.

Fol. 48.

Ego quidem unus è multis non de Molinianâ Societate, sed Eremitarum Gente etiam lacestitus Monomachiam non arrogavi ut expugnarem Jansenianam aciem, quam totus jam Christi debellat exercitus, sed cum aliis veri Augustini amatoribus prophanas istas novitates refutandas suscepi. Condictum equidem Martialem campum ingressus Librum Jansenii & Augustini Opera de legi, & in ipsa & ex ipsa area Augustiniana arma procudi, acinacem limavi, Augustinum ab Augustino despescui, Augustinum Europæum ut spuriū propriō mucrone jugulavi, meritòque Romanō iictum fulmine evictum dedi. Sit orbis iudex, Veritas Lex, & Charitas Rex. Quid superstest Jansenianorum Goliathē, nisi, ut Christus occidat in vobis Goliathum, humilitas superbiam perimat, omnipotentissima Christi gratia contra gratiam certantes triumphet, & Veritas Augustiniana palmam ferat, cum nîl sit invictius

8c

VEROS JANSENISTAS. 641  
& glorioius quam vinci à Veritate. Vixas jam  
manus cedito.

Stipulatam adorem non mihi, sed Veritati  
porrigito, & Augustinum coronato, qui cuncta  
hostilium machiamenta telorum Cælestis juva-  
minis virtute confringens non solum ipse de hoste S. Fulg. l. 2.  
victoriam referens triumphavit : *Quin etiam po-* de veritate  
*steris certandi & vincendi Ordinem, si quando Prædest. &*  
*victa pravitas recidivo ausu infandum caput erigere Grat. c. 18.*  
*niteretur, ostendit.*

*Convitiare quantum potes : Quis enim  
convictus hoc non potest ? Aug. l. 2.*

contrà Julianum op. post c. II.

## M A N T I S S A

Contra Mantissam Parænesis Vin- Parænesis  
dicatæ Aviti Academicæ de Doctrina  
vina. S. 4.  
pag. 27. &  
Iansenij circà propositiones famosas. 28.

**Q**UOD in Gratiâ Triumphantे anno 1699. pa-  
lam edixit Vincentius Paleophylus, solâ, ut  
apparet, nominis phalerâ ab Avito Academico  
discretus : *Igitur, nec vel ipse Jansenius (si rem  
aqua lance expendas) Jansenista esse potuit : quia  
non docet quid Jansenius sentiat, sed refert, quid Gratia  
Augustinus tradat. Stupidus, insidiosus, fraudulens, Triumphant  
hisericus esse quirit, non erraticus, aut hereticus pag. 61*  
*Dogmatistes. Sed stupiditatem, perfidiam, vel dolos  
illos non aliter quam collatione Libri ejus cum Au-  
gustino, assignataque evidenti discordia demon-  
strandos esse, vel cœci vident ; Identidem repetit*  
**A**vitus Academicus novissimè in Parænesi vindicata ; *Jansenius in Periodo sua (scilicet prima fa-*  
Parænesis  
vindic.  
mosa) pag. 28.

S s